





6. 2  
1741, 4.  
**PROCANCELLARIUS**  
**JOHANNES FRIDERICVS**  
**HOECKNERVS** 1741

COMES PALATINVS CAESAREVS, FACVLTATIS  
IVRIDICAE LIPSIENSIS ASSESSOR, IVR. NAT. ET  
GENT. P. P. O. CVRIAEC SVPREMÆ PROVINCIALIS NEC  
NON CONSISTORII LIPSIENSIS ADVOCATVS  
ORDINARIUS

**SOLEMNIA** (2)  
**INAUGVRALIA**

CANDIDATI NOBILISSIMI  
**ANDREAE POLYCARPI**  
**LEYSERI**  
PHIL. MAG.

DIE XVIII. MAII CELEBRANDA  
INDICIT.

*t. Recta Laudemij quantitate determinanda.  
in Saxon. Et.*

PROGENELETTARIA

JOHANNES HERIBRIGAS

HOEGKNERAS

CORPORALIS ET CEREMONIALIS  
LAVANDICAE ET LITURGICAE  
CENTRICO GRADUOS ASTRALIOS  
VOC CONSTITUTIONI MUNDI ET  
CEREMONIA

SOPHMINIA

LIVAGARANTIA

CUNDIDVITI NOTISSIMI

ANDREAE POLYCARPI

LEYSERI

THILMING

DIE XLIII MARSCHALLINIA

THOMAS



**I**nter casus dubios et ancipites , qui  
ICTorum solertia exercere solent,  
frequentissimas de laudemio con-  
trouersias iure optimo maximo refe-  
rendas esse , nemo est rerum foren-  
sium peritus , qui nesciat . Certum  
euictumque est , praestationem illam , quam ven-  
dito fundo emphyteutico Iustiniani Constitutio in  
l.f. C. de iure emph. domino directo addixit, et quin-  
quagesimam partem pretii esse voluit , Germanos  
ad alias quoque species Allodiorum , et ad ipsas  
alicubi Clientelas , variosque casus transtulisse , et  
Laudemiorum limites , ciuili iure fixos , adeo am-  
plificasse , eorumque quantitatem adauxisse , vt  
illa , insigni subditorum incommmodo , vberrimos ho-  
die reditus Curiarum Dominicalium confiant .  
Quicquid vero iuris laudemialis in Germania oc-  
currit , siue primas eiusdem origines , siue pro-  
gressum et incrementa respicias , non a Latii Le-

A 2 gibus

## IV

gibus institutisque pendet, sed moribus patriis,  
conuentionibus praescriptionibusque maximam  
partem nititur. Dari inter leges ciuiles et clien-  
telares, Germaniae territorii proprias, non-  
nonnullas, laudemia tangentes, negari nequit,  
sed quae rei ambitum non exhauriunt, et plerae-  
que ad consuetudines et conuentionum formu-  
las remittunt, efficiuntque, teste experientia, vt  
vel suscitentur alanturque lites ob iuris incertitu-  
dinem, vel, legum sententia non satis expedita,  
anceps dubiumque reddatur iudicis in con-  
trouersiis definiendis arbitrium et ICtorum fo-  
rensiū dissensiones excitentur. Accedunt in-  
terdum Dominorum clientelarium ingenio-  
sae in augendo laudemiorum prouentu ar-  
tes, quae fundorum possessores, de quorum co-  
rio luditur, inuitos saepius ad quaerenda legum  
praesidia et ad tentandam litis aleam compellunt.  
Ad haec, quae dicta sunt, illustranda sola in praes-  
entiarum sufficient Iuris Saxonici argumenta. Ita  
vero Ord. Prou. de anno 1550. tit. von Freyheit  
der Städte: Daß die Bürger in Städten und an-  
dere in Aemptern, oder sonst mit der Lehn-Wahr-  
nicht übernommen, sondern darinnen die alte  
Gewonheit und das unverneinliche Herkom-  
men gehalten, und wo dasselbe mit Bestande nicht  
eingeführet, gar nicht unter keinerley Schein  
erstan.

erstanden werde. Duo in hac lege, quae cumpri-  
mis notari merentur, deprehendimus: alterum,  
quo Dominis directis ius exigendi laudemii nega-  
tur, nisi probetur legitime introductum; alterum,  
quo nimiae laudemiorum exactiones prohibentur.  
Destruitur ergo hac Constitutione non eorum so-  
lum opinio, qui quaevis Allodia, censibus et inue-  
stiturae obnoxia, ad necessitatem praestationis lau-  
demialis obstringunt, sed quinquagesimae etiam Iu-  
stinianeae vsum in fundis emphyteuticis tollere vi-  
detur, quod ex legum Germanicarum latifun-  
diis solide non minus quam copiose Io. Schilte-  
rus, ICTus iuris patrii scientissimus, in Com-  
ment. de Bonis Laudem. afferuit. Idem tenet  
Constitutio Saxonica, quae inter ineditas pri-  
mo loco occurrit. Conceptis enim in eadem  
verbis Serenissimus Saxo edixit: Die Lehn-  
Wahre in Dertern, da sie bisher ungebräuchlich und  
nicht angenommen worden, soll auch daselbst nicht  
aufgebracht noch gegeben werden, der Derter aber,  
da sie über recht verwehrte Zeit gewöhnlich oder  
sonst erlangt und hergebracht, soll sie ferner Kraft  
solcher Gewohnheit Inhalts der Landes-Ordnung  
gegeben und genommen werden. Sed finge affer-  
to aliquali laudemiorum vsu, dubitari de casibus,  
quibus id solui debeat. Notum est, Saxones in  
allodiorum censiticorum acquisitione inuestiturae  
ritum seruare. Haec cum in bonis clientaribus

## VI

mutato domino vasalloque vel renouanda vel im-  
petranda sit, vtrumque etiam casum , tum in ma-  
nu seruiente , vt formula forensi vtar , tum domi-  
nante contingentem, nonnullorum locorum mores  
ad laudemia , quae pro inuestitura pendi solent,  
multiplicanda adhibuerunt, interuenientibus inter-  
dum paetis, aut praescriptione suffragante. De  
quibus, si constet satis, vti nihil iuri Dominorum  
quaesito detrahendum est; ita e contra Constitutio  
Saxonica aequitatis normam in dubiis quaestioni-  
bus tenendam statuit, et vltra casus , quo prae-  
diuum emptionis , aut lucrativo titulo acquisitum  
est, laudemiales exactiones prohibet, et ab hoc  
onere personas prima inuestitura comprehensas ex-  
imit, denique casus mutati domini quosuis ex cen-  
suum laudemialium tabulis expungi voluit. Cre-  
deres, hac legislatione insignem litium et dissen-  
sionum segetem fuisse succilam, sed parum hac pro-  
fectum fuisse, rei ipsius accuratiō consideratio  
euincit. Constitutio enim, quam ex legum Sa-  
xonicarum latifundiis in partes vocauit, ius omne  
laudemiale consuetudini , obseruantiae, praescri-  
ptioni adstrictum voluit. Hanc enim velut clau-  
sulam saluatoriam lex exhibit: Jedoch soll in sol-  
chen Fällen die Gewohnheit sonderlich in Achtung  
gehabt, und nach derselben gesprochen werden. En-  
ergo messem limitationum et exceptionum vber-  
rimam et controversiarum somitem. Prouocari  
enim

enim videas ad inueteratos mores, ad pacta cum  
subditis tacita. De valore literarum inuestiturae,  
quibus ius exigendi laudemium plenissima formu-  
la insertum legitur, de tabularum Censualium au-  
toritate in probandis eius generis exactionibus,  
de praescriptionum requisitis, quibusue casibus  
tempus ordinarium, quibus hominum memoriam  
excedens requiratur, velut pro aris et focis di-  
micant, et decretorio certamine experiuntur.  
Ulterius licet legum sententia laudemium de ca-  
su ad casum extendere vetet, quis est rerum fo-  
rensum adeo imperitus, ut nesciat, qua sollici-  
tudine pensionum laudemialium defensores argu-  
menta et possessionis fundamenta conquirant, con-  
uentionum tabulas interpretando in rem suam co-  
gant, idque agant omni studio, ut quicquid one-  
ris auaritia Dominorum effingere potest, misé-  
ris suo fato rusticulis imponant. Denique quod  
ad quantitatem praestationis laudemialis attinet,  
non minor litium et dissensuum materia sese exserit.  
Solet laudemium secundum fundi pretium definiri.  
Hanc regulam in fundis emphyteuticis Ius Roma-  
num tenet, et mores plerumque seruant. Dan-  
tur tamen etiam casus, quibus pacto interposito  
laudemii quantitas in folle velut definita est, vel  
ad census annui modum illud praestari solet, wenn  
das Guth so viel lehnet als zinset. Quod si er-  
go ex praedii pretio pendet laudemii definitio, res  
dubio

### VIII

dubio caret , si, venditione interueniente, fundus in ius noui possessoris transferit; at altiorem omnino indaginem requirit pretii indagandi ratio , si fundum ex causa lucrativa nouo Domino acquiri contigerit. Sic, herede forte ad solutionem pensionis laudemialis obstricto, contrariis prorsus suffragiis disquirere videoas Pragmaticos , an fundi praesens valor oeconomico iudicio constituendus, an vero pretium, quo is a defuncto comparatus est, attendi debeat ? Ne frustra haec adduxisse videar , casum forensi disputatione ventilatum et Dicasteriorum dissensu celebrem in medium producam. Est praedium quoddam nobile, in territorio Episcopatus Martisburgensis situm, cuius Domini , inita cum subditis ad praedium pertinentibus pactione, eum praestandi laudemii modum probauerant, vt, fundo quodam per testamentum in alium possessorem translato, de singulis cunctis, quibus fundi pretium conficitur, IV, et adeo quinta et vigesima pars pretii solueretur. Accidit, vt quae molendinum proprietatis lege cum pertinentibus fundis possederat, nobilissima Matrona fatis concederet, scripto supremae voluntatis tabulis marito herede. Is cum inuestiri molendino ex more regionis cuperet, et secundum conuentionis formulam laudemium Domino offerret, lis inter heredem Dominumque directum de molendini valore rite et legitime definitiendum

IX

do exorta litigantes ad vim rationum, quibus  
inuicem pugnabant, explorandam adigebat.  
Dominus Clientelaris ad iudicium prouocans  
soluendum laudemium secundum valorem molen-  
dini, qui tempore delatae hereditatis iustus de-  
prehendebatur, exhibito libello asserebat. At  
reus non aliud fundi laudemialis pretium hoc  
casu admittendum putabat, quam quo defuncta,  
aut is, cui successerat, illum legitime comparaue-  
rat. Porro praeter actus nonnullos praestiti iam  
secundum illum modum laudemii reus casum suc-  
cessionis hereditariae diuersum a casu emptionis  
vrgebat, seque defunctae vxoris personam re-  
praesentare aiebat; quae cum fundi partem do-  
natione acquisiuisset, eundem laudemii modum  
domino non contradicente tenuisset, et heredem  
pari cum defuncto iure censendum. Ulterius  
sententiam hanc rerum similiter iudicatarum et  
ICtorum Saxonorum autoritate subnixam esse  
reus affirmabat, allegatis in huius asserti fidem  
Bergero in E. D. F. p. 1325. Barth. in Hodeg.  
Forens. p. 682. Referri denique putabat laude-  
mia ad odiosa, quae, stricta interpretatione tem-  
perare, aequitas iubet. Actor ad haec regerebat,  
actus allegatos neutiquam vniiformes esse, nec  
antecessorum indulgentiam sibi fraudi fore; in-  
stabat, non petenda laudemia, nisi introducta.

B fed

## X

sed ius semel domino quaesitum non sine iniuria  
minui posse, crescentibus rerum pretiis, adauge-  
ri praediorum redditus et valorem; adstipulari sibi  
Carpzouium L. I. R. 90. primarium Iuris Saxo-  
nici, dum viueret, antistitem, et morum, qui in his  
prouinciis vigent, peritissimum, quin potius prae-  
iudicia sententiam suam defendantia a Tob. Barthio  
de Dissen. Praxeos Diff. 820. collecta deprehendi.  
Lite ea ratione vtrinque instructa Inclytus ICto-  
rum Ordo in hac Academia sententiam in eum  
sensum ferebat: Daß Klägers Suchen nicht statt  
hat, sondern es läßt sich derselbe mit der offerir-  
ten Lehn-Wahre von 4000. fl. billig begnügen.  
Interposita Leuteratione ICti Wittebergenses in  
contrariam sententiam ius dicebant, laudemium-  
que ad modum valoris, quo tempore delatae  
hereditatis molendum aestimari poterat, sol-  
vure iubebant. Placet addere nonnullas ex de-  
cisionis rationibus litigantibus communicatis:  
Dieweiln in allen Handlungen, nicht auf das,  
was die Sache in alten Zeiten gegolten, sondern  
auf die gegenwärtige Zeit und Werth gesehen  
wird, also, warum man bey der Lehn-Wahre die  
vorige Zeiten in Betrachtung ziehen sollte, keine  
Ursache zu ergründen, hiernechst der L. vlt. C. de  
iur. emphyteut. welcher der eigentliche sedes do-  
ctrinae de laudemio ist, das wahrhaftie pretium  
oder

vder aestimation bey der Determinirung der Lehn.  
 Wahre zum Grunde setzt. Sententia , qua reus  
 premebatur, reformatoria , prouocationi ad Re-  
 gimen Martisburgense ansam dedit, vbi, mutata  
 Leuterationis sententia , prior confirmata fuit,  
 haecque subsecuta vltiore prouocatione in Se-  
 natu Appellationum victoriam reportauit. Haec  
 litis peractae fata satis testantur , quam incerto  
 iure vtamur. Sed in tanta , qua patria laborat,  
 legum multitudine casus etiam frequenter ob-  
 uios et fori vsu tritos, legibus nec tactos nec de-  
 cisos, et hinc inter ICtorum variantes sententias  
 fluuentes deprehendi quam plurimos, norunt illi  
 cum primis, qui in Dicasteriis iuri dicundo ope-  
 rantur. Inde euenit, vt Dicasteria et suprema et  
 iam Tribunalia opiniones saepius mutent , et ra-  
 tionibus, quas reprobarunt plus vice simplici, casu  
 iterum occurrente, commoti priores sententias re-  
 tractent. Obseruauit illud VVLTEI. Consil. Marb.  
 Vol. I. Conf. 34. n. 53. Praeiudicia , inquiens,  
 Cameralia , quae a Galio , Mynsinger , et aliis  
 allegantur, non tam facile trabenda sunt ad ex-  
 emplum, praesertim in controuersiis perplexis  
 et multiplicem distinctionem habentibus; neque  
 rarum est, vt ipsi Domini Assessores Camerae  
 Imperialis a praeiudiciis suis recedant, cuius  
 exempla obseruationibus allegari possent, nisi quo-

## XII

*tidiana id doceret experientia.* Et sane in hac, quam proposui litis specie, ICtos Vitembergenses ius strictum aliquoties seruasse, testantur Hornius Claff. XVI. Resp. 19. p. 1263. Ast Summus, qui Dresdae floret, Prouocationum Senatus diuersum subinde iudicium probauit. Nam teste BERGERO in Oecon. iuris p. 701. secundum valorem fundi, qui fuit tempore postremo initi contractus, laudemium definire a 1704. Consiliis hybernis, post. a. 1711. et a. 1733. in causa Zehren contra Klugen, pretium temporis praesentis, quo mors vltimi professoris contigit, attendere iussit, et demum in hac, quam recensui, causa, ad priorem sententiam rediit. Si, quid sententiam, exponere licet, sententiae et analogiae iuri patrii magis conuenire videtur opinio, quae laudemii quantitatem ex pretio vltimi contractus metiri iubet. Supra monendum duxi, Saxonum leges sanxisse, tum ne peteretur laudemium, nisi legitime introductum, tum ne grauioribus exactionibus, ex laudemiali causa indictis, subditi onerarentur. Ex his colligo, in quaestionibus de laudemio dubiis quod minimum est, sequendum, seruandamque aequitatis regulam. Porro inferendum censeo, laudemium petentem tum ad ius illud exigendi, tum ad modum praestandi probandum teneri. Si ergo de illo iudici fides facta fuerit, dubia vero sit praestationis ratio et quantitas, teneri

## XIII

tieri iudicem, ut eum laudemii modum ponat, qui minimum grauat fundi possessorem. Quod regerunt, in omnibus actibus attendi pretium praesentis temporis, ad contractus, quos onerosos vocant, pertinet; in causa vero laudemiali, quae, fundo per testamentum in alium translato, contingit, parum roboris habere videtur, cum heredis ius ex iure defuncti omnino pendeat. Nec L. 3. C. de I. Emph. contrariam sententiam iuuat. Nulla ibi pretii aestimandi ratio indicatur, quia potius, ut Dominorum auaritiae obuiam eatur, quinquagesimam introductam, verba legis eidenter probant. Complura incerti iuris argumenta suppeterent, si perlustrare iuris laudemialis ambitum curatus placeret. Sed sistere gradum iubent, quae his tabulis more maiorum indicanda sunt, Sacra Inauguralia CANDIDATI NOBILISSIMI CLARIS SIMIQUE,

D O M I N I  
M. ANDREAE POLYCARPI  
LEYSERI,

de cuius vitae cursu studiorumque rationibus nunc exponendum est. Natus ille in vrbe Martisburgensi, antiqua Episcoporum sede celebri, die XXIII. Nouembris A. R. S. cccccc xiii. Patrem habuit

B 3

gene-

## XIV

generis nobilitate et muneris dignitate maxime conspicuum, *Polycarpum Leyserum*, dum viueret, Martisburgensis Dioecesis Ephorum, Virum eruditione, pietate, meritis post fata etiam celebrandum, Matrem vero, *Augustam Dorotheam*, ex celebri *Bastinellerorum* gente oriundam, omnibus virtutum, quae honestam matronam decent, ornamentis praeditam. Horum Parentum cura ad prima literarum fundamenta atque doctrinas accessit, quibus puerilis aetas impertiri solet. Ad pubertatis annos prouectus, Patre interea rebus humanis praematura morte erepto, *M. Wanckelii* curae per biennium demandatus est, quo, inter humanitatis studia exacto, ad Portense Lycaeum abiit, et per integrum Lustrum ibidem fidissima Praeceptorum institutio ne, *Schreberi*, *Freytagii*, *Waltheri*, *Schrammii*, *Stübelii*, *Hentschelii*, *Weidneri*, *Hübschi et Bernii*, quibus studiorum successus et ingenii cultum grata mente se debere fatetur, omni animi contentione et industriae constantia usus, Lipsiam studiorum causa adiit. In Academiam delatus Theologiae sese totum addixerat et Celeberrimorum Virorum, *Mulleri Philosophicis*, *Telleri* atque *Hebenstreitii* Theologicis Praelectionibus sedulus interfuit auditor. Summe Venerandum quoque *Ioecherum* et *Bayerum* in historia

ria

istoria tum sacra tum profana Duces fecutus est. Tentauit quoque arenam Disputatoriam et pri-  
mum Consultissimo *Marchio Praeside Speci-  
men Iurisprudentiae Pauli Apostoli quoad rem  
tutelarem ad Galat. IV. v. 1. et 2. ad ventilan-  
dum proposuit, post Laurea Philosophica anno  
M DCC XXXVI. ab Inclito Philosophorum  
Ordine ornatus, Dissertatione historica de *Athe-  
nagora Atheniensi*, *Philosopho Christiano egre-  
gias ingenii dotes bonis omnibus adprobauit.*  
Denique ad metam studiorum fere feliciter de-  
latus mutauit consilium, et ad Iurisprudentiae ca-  
stra transiit, et in iis Consultissimis Viris, *Hay-  
mio* et *Marchio* ductoribus, strenue militauit, me-  
ruitque ut iam anno M DCC XXXIX. ab Or-  
dine nostro Notarius crearetur et inter Iuris Bac-  
calareos reciperetur. Finito studiorum Aca-  
demicorum cursu ad forum accessit, causisque  
perorantis non sine dexteritatis laude operam de-  
dit. Nunc ad summos in utroque iure honores  
adspirans, Ordinem nostrum adiit, et ut ipsi ad  
ulteriora viam panderemus, modeste petiit. Cum-  
que ad consueta scrutinia admissus, omnium suf-  
fragia meruerit, dignus habitus fuit, cui peti-  
ti Honores more Maiorum solenni ritu defer-  
rentur. Futura ergo Die XVII. Maii con-  
fuetas Lectiones ad Can. 43. Caus. II. qu. 1. re-  
citatib,*

XVI

citabit, et in sequente Die Exercitationem inauguralem *de cauta sententiae criminalis publicatione*, Praefide Viro Magnifico atque Excellentissimo *Ferdinando Augusto Hommelio*, Prof. Publ. Ord. et Facultatis nostrae Assessore, Collega nostro honoratissimo, eruditorum Disquisitioni publice exponet. Quibus peractis Idem Excellentissimus *Hommelius*, cui ego, ad hunc actum ex Decreto Ordinis Constitutus Procancellarius, Promotoris vices delegavi, *Leysero Nostro Iuris vtriusque Licentiati et Doctoris Titulos et Praerogatiwas conferet. Cui Panegyri ut Rector Academiae Magnificus, Illustrissimi Comites vtriusque Reipublicae nec non Generosissimi ac Nobilissimi Academiae ciues interesse dignentur, ea, qua decet, obseruantia et humanitate rogo atque contendeo.* P. P. Dominica Exaudi Anno MDCC XLI.

---

EX OFFICINA LANGENHEMIANA.



**ULB Halle**  
003 850 080

3



56



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Farbkarte #13

Centimetres

Blue

Cyan

2  
1741, 4.  
**PROCANCELLARIUS  
IOHANNES FRIDERICVS  
HOECKNERVS** 1741

COMES PALATINVS CAESAREVS, FACULTATIS  
IVRIDICAE LIPSIENSIS ASSESSOR, IVR. NAT. ET  
GENT. P. P. O. CVRIA E SVPREMAE PROVINCIALIS NEC  
NON CONSISTORII LIPSIENSIS ADVOCATVS  
ORDINARIUS

**SOLEMNIA** (2)  
**INAUGURALIA**  
CANDIDATI NOBILISSIMI  
**ANDREAE POLYCARPI**  
**LEYSERI**  
PHIL. MAG.

DIE XVIII. MAII CELEBRANDA  
INDICIT.

*t. Recta Laudemij quantitate determinanda.  
in Sacrum Et.*

